

Colonie prepositus sub Ottone IV. imperatore predicto sedit^u annis
 5. Isle Theodericus colonienis archiepiscopus cum^v dominus papa se,
 predictum Ottone imperatorem suborta inter ipsos turbatione ex-
 communicasset et per prelatos Alemannie sententiam huiusmodi
 executioni mandari precepisset,^u mandato apostolico non parens
 sententiam huiusmodi executioni mandare non curavit, ymmo dicto
 Ottoni excommunicato in omnibus communicans bona ecclesiarum,
 quarum prelati et rectores sententie parebant, undique depredavit
 suis ea consanguineis^y et familiaribus largiendo. Propter quod
 idem Theodericus per Syfridum archiepiscopum Maguntinum^h com-
 misso sibi per papam^a legationis officio una cum dicto Ottone impe-
 ratore excommunicatus publice nuntiatur. Fertur autem ipse Theo-
 dericus ante suam promotionem ad archiepiscopatum^h colonien-
 semⁱ deo et b. Marie virgini plurimum fuisse devotus, sed po-
 stea malorum consilio^d depravatus adeo, quod^e madriam ha-
 beret inter personas ecclesiasticas et layras^f differentiam, rusticos
 et religiosos ac monachos epice pertractans et ab his^g sicut ab
 illis thelorea^g et^h pedagia necnon indebitas exactionesⁱ per vim
 extorquens. Unde contigit quod pro his et aliis sue^k tyranni-
 dis^l excessibus accusatus per Syfridum archiepiscopum Ma-
 guntinensem^m supradictum auctoritate domini pape sicutiⁿ
Adolphus suus antecessor, de quo in superioribus premissis
 agitur, dignitate et officio pontificali fuit privatus. Quibus
 tamen depositis^o utrique eorum^p ex redditibus episcopalibus
400³¹⁷ marce pro sustentatione ipsorum fuerunt assignate,
 remissa apud ecclesiam libera electione secundum canonum
 instituta. Porro dictus Theodericus archiepiscopus ante sui
^u sedens 1. ^v dum 3. ^w precep. 2. ^x sententias 1. 3. ^y consanguineis 4. 4. 4. ^z per
 Syfr. Maguntinen. 2. ^a dominum papam 1. 3. ^b in archiepiscopum 3. ^c col. ecclesie 1.
^d concilio 1. 3. ^e post add. 2. ^f laicos 4. 4. 4. ^g theloria 1. theloria 3. ^h et deest 2.
 atque 4. 4. 4. ⁱ actiones 3. ^k suis 2. ^l tyrann. 3. ^m Maguntinum 1. 3. ⁿ sicut 3. ^o eorundem 3.

baes. vita s. Er.
 gelb. I, 3. f. baes.
 a. catal.

317 300 baes. Heist. in catal. et
 in vita s. Eng. Sed congruit
 cum chronica nostra Thudor.
 Liber. VII, c. 7.

baes. di.
 VIII, 46.

baes. v.
 I, cap.

v. s. Er.